DE

EPHALOPATHIA SYPHILITICA.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

ATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

LMA LITERARUM UNIVERSITATE VIADRINA

AD SUMMOS

IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XII. M. DEC. A. MDCCCLXIII

H. L. Q. C.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

GEORGIUS PADIERA,

SILESIUS.

PARTES ADVERSARIORUM AGENT:

J. FLORIAN, MED. ET CHIR. DR.

O. WAUER, MED. ET CHIR. DR. ET MED. PRACT.

VRATISLAVIAE.

TYPIS OFFICINAE A. NEUMANNI.

VIRO

ILLUSTRISSIMO, AMPLISSIMO, CELEBERRIMO

H. LEBERT,

ET CHIR. DR., UNIVERS. VIADR. VRATISL. PROF. P. O. ET
. MED. MODERAT. PROF. HONOR. ACAD. LAUSANN., EQUIT.
)R. LEGION. ET ORDIN. WAS., LAUREAT. ACAD. LITTER.
MEDIC. PARIS, HONOR. C. RECRPT. IN SOCIET. ACADEM.
KELL, IT. IN SOCIET. MED. CHIR. PAG. TIGURI, IT. IN SOCIET.
ANGL. PARIS, COC. HON. SOCIET. CHIR. PAR., IT. SOC.
. GENEV., SOD. ACAD. HOLMIENS. ET FERRAR., SOC. SOC.
IC. HERBIPOL., LIPSIENS., DRESDEN, DUBLIN, HAFNIENS.,
SANNENS., NEOCOMENS., TURICENS., S. GERMAN. SOC. MED.
SIC. PARIS., S. SOCIET. PARIS., ANATOM., BIOLOGIC., CHI
G., MED. SUPTIL. OBSERVAT., S. PHYS. SOC. HELVET., NEO
ENS., LAUSANNENS. TURICENS., BERNENS., S. SOCIET. ME
ULAT. PARIS. ET LYONNENS. ET SOC. SILES. PR. CUL.
R., S. GERM. MED. SOC. LITER. VIR. NUIT. TRACTAND C.

NEC NON

VIRO HUMANISSIMO

DR. MED. SCHWAND

AVUNCULO BENEVOLENTISSIMO

EGREGIE DE SE MERITO.

HASCE

STUDIORUM PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR

Vita.

Natus sum Georgius, Wenzeslavius, Henricus Padiera die XXVIII. mensis Septembris anno XXXVII. h. s. in Silesiae superioris oppido, cui nomen est Lublinitz, patre Henrico matre Maria e gente Schwandt, quos ambos morte mihi ereptos jam diu valde lugeo. Fidei addictus sum catholicae.

Primis litterarum elementis domi imbutus Gymnasium adii Bregense, directore Matthisson, quod quum per annos septem frequentassem Gymnasium Leobschuecziense frequentavi, quod adhuc directore Kruhl viro illustrissimo mihique semper venerando floret.

Testimonio maturitatis ornatus anno h. s. LIX hanc almam petii litterarum Universitatem Viadrinam et ab III. Friedlieb, illo tempore fasces tenente academicos, numero civium academicorum adscriptus apud III Betschler, tunc gratiosi Medicorum Ordinis Decanum maxime spectabilem rite nomen dedi.

Per quadriennium disserentes audivi viros illustrissimos celeberrimos, experientissimos:

Barkow, Betschler, Braniss, Burchard, Cohn, Foerster, Frankenheim, Freund, Goeppert, Grosser, Grube, Haeser, Heidenhain, Lebert, Lewald, Loewig, Lothar, Meyer, Middeldorpf, Neumann, Roemer.

In exercitationibus anatomicis III. Barkow, in exercita-tionibus microscopicis III. Heidenhain, in clinico et policlinico obstetricio III. Betschler, in clinico et policlinico chirurgico ophthalmiatrico III. Middeldorpf duces mihi fuerunt benevolen-tissimi atque excellentissimi.

In exercitationibus clinicis ac policlinicis benignissime m adjuverunt Exp. D. DDr. Carow, Dietrich, Dittmar, M. Freund W. Freund, Jaensch, Rademacher, Reinhard, Reichelt, Ressel Sommerbrodt, Stark.

Quibus omnibus viris summe venerandis optime de me meritis gratias ago semperque habebo quam maximas.

Tentaminibus vero et physico et medico, nec non examine rigoroso superatis, spero fore, ut dissertatione thesibusque pa-lam defensis summi in medicina et chirurgia honores in me conferantur.

De luis venereae origine ac progressu.

yphilin ex universis causis epidemicis orta et tempestate adversa, nimio solis ardore, fluminibus super pas effusis, belli miseria, inopia et fame praecipue Italia circiter anno nonagesimo tertio vel quarto eculi quarti decimi excultam esse, antiquissimis temporibus putabatur.

Nonulli medici docti, qui e scriptis vetustiorum edicorum Arabicorum leprae descriptiones cognitas abebant, qualis a seculo duodecimo usque ad quartum decimum apparuisset, existimabant, luem veneream ngularem tantum speciem veteris leprae esse eamque omparabant cum variis leprae formis, velut cum forica, bothore, saphati, tusio medicorum Arabicorum.

Paracelsus vero dicit, morbum venereum esse conunctionem leprae cum cambucca, quam ulcus genitaum immundum habuerit. — Itaque usque ad medium eculi sexti decimi sententiae de ea re tantum erant iversae, utrum lues venerea morbus quidam novus n tantum lepra quaedam mutata esset. Alii vero, elut Astruc, van Swieten, Gritannerus, Bosquillon, ribertus diligenter defende bant sententiam ab Ovieone, sacerdote Hispanico, in medio positam, ex qua yphilis a militibus, qui cum Columbo iter novas terras nvestigandi causa susceperant et Cordova duce Neaolim redierant, ex America in Italiam importata est. Ianc vero sententiam Sanchezius, Henslerus, Thienius tudiosissime dilingentissime que confutaverunt. Gruerus et Sprengelius syphili a Mauris Judaeisque ex

Hispania expulsis in Italiam importatam esse ce bant, quae autem sententia haud dubie falsa est, p terea quod pestilentia Maurica, quae anno 1493 Ro viginti fere milia hominum consumpsit, typhus p lens fuit, qui a miseris et corruptis exsulibus o nem habuit et per Italiam et Franco-Galliam la serpsit. Schaufussius dicit, morbum Gallicum ex I dostane prodiisse, quae sententia confirmatione a mentis munita aeque caret atque illa Sydenhamii, qua haec lues ab Afris ex Africa in Americam in ducta est. Van Helmontius autem existimat, sy e malleo humido et farciminoso acuto equorum or esse eumque secutus est Ricordius, qui ejus futi ac vanam sententiam recentissimo tempore defen Choulant denique Struvius, Dieterichus ad vete illam sententiam redierunt, quum per unum seculum syphilis origine certatum esset, et putaverunt, eam hil esse aliud nisi speciem quandam veteris leprae quod recentissimo tempore Simonius quoque ex a logia symptomatum argumentis confirmare conatus Qua in re praecipue nixus est in sententia multo medii aevi medicorum, velut Michaelis Scoti, Gordo Gilberti Anglici, Gaddesdenii, qui condylomata rhagades genitalium anique e coitu cum muliere fo sive leprosa orta leprae praenuntia habuerunt et c firmarunt, ichthyosim syphiliticam, lepram syphiliti rhypiam, ecthyma, gummata, ozaenam, alias tubercu sas, condylomatosas pustulosasque luis venereae er tiones simillimas esse formis leprae plane analog omnesque cutis morbos, velut scherlievo siv. framb siam Illyricam, falcadine (in Tyroli admeridiem v genti), radesyge siv. lepram Norvegicam, sibbens, ja pians, mal de chicot, mal rouge de Cayenne, morb dithmarsicum in Holsatia originem habere syphilitic cum symptomatibus ex parte leprosis conjunct Praeterea nititur in sententia, ex qua syphilis et le a parentibus ad liberos transeunt et utraque per i gros annos dyscrasia in corpore latent aut interd cachexia tantum universalis sine symptomatibus sp ficis apparent et hydrargyrum jameo tempore, primum lues venerea erupit, remedium contra eam p sentissimum cognitum est et, a Theodoricho, Arno de Villanova, Guidone de Chauliac ad lepram san

n adhibitum prosperrime cessit. Quamquam Simo-
is ex his omnibus argumentis optimo jure conje-
at, syphili non esse morbum spontaneum temporis
entioris, tamen rationem, quam syphilis habet ad
ram, false explicat.

Ulcera, condylomata, rhagades, jam imperatorum
manorum tempore creberrima, reque; ut Simonius
cit, quasi localis leprae species eo tempore tam
ge lateque diffusae, sine dubio nihil erant aliud
i symptomata, quae nunc syphilitica primaria dicun-
. Si igitur illa vetus lepra, quae haud dubie magna
parte syphiliticam habuit originem, simillima est
strae syphili secundariae et si antiquissima aetate
ectiones primariae syphiliticae genitalium et locorum
jacentium tam crebrae sunt, certe simplicius est,
ectiones syphiliticas primarias referre ad lepram,
am ex libidine leprae transformationem non demon-
atam et inexplicabilem in morbo gallico, qui dici-
r, probare i. e affectiones syphiliticas primarias
ecies locales lepraeque consequentias explicare.

Veteres ulcus venereum causam morborum cutis
philiticorum non cognoverunt, sed potius syphilin
ffusam morbum aliunde non pendentem sed a se ori-
tem habuerunt. Adde quod jam nonnulli medii aevi
riptores genitalium affectiones praenuntias leprae coi-
mque impurum ejus causam designaverunt et plures
em veneream in lepram transire dixerunt. Huc quo-
e accedit, quod in lepra apparenda ossium mala,
lli ulcera, nasi exstinctio, alopecia apparuerunt. Quae
um ita sint, verisimilius est, lepram veterum aeque
radesyge et falcadine plerumque ad syphilin secun-
riam pertinuisse et hanc obrem syphilin jam anti-
issimis temporibus notam fuisse lepraeque mutatio-
m in syphilin neque necessariam esse defendi posse.
ter omnes enim constat, moribus medii aevi corrup-
ssimis virus syphiliticum magis magisque gravitate
valuisse et Franco-Gallorum expeditione Neapolim
cta anno 1494 luem jam diu diffusam vehementissime
lerrimeque apparuisse. Sed haec vis celeriter delens
orbi Gallici vix primos decem annos perdurabat; nam
aulo post initium seculi decimi sexti vis luis laxata
debatur, cutis eruptionibus aridioribus minusque do-
rosis, gravibus ulceribus rarioribus factis, ossium au-

tem doloribus et tophi auctis, prout hydrargyri cu
tiones, plerumque neque sufficientes neque satis ap
crebiiores fiebant. Neque Heinius syphilin nov
sed eum habet morbum, qui usque ad antiquiss
tempora persequendus sub finem seculi decimi qu
maximum adeptus erat modum. Praeterea ratio
morbi syphilitici auctam convenire cum syphili vacc
aucta et positam esse in syphilis consociatione c
contagio novo, quod sit gangraena nosocomialis, c
set. Ex ejus igitur senteutia haec morbi forma
quae syphili tam gravem tribuit vim, qualem antea n
habuit. Sed hoc modo solum non explicatur, quomo
hoc malum rursus acutum a foco Neapolitano exi
tamque celeriter longe lateque diffusum sit. Ad h
euim rem explanandam opus erat morbi genio quod
singulari, quem Heinius diphtericum dicit cujusque
xio singularis tantum gangraena nosocomialis est. H
quoque accedit, quod morbus brevi tempore remis
est, id quod ab arbitris expressis verbis animadve
tur, quae remissio Heinio auctore, magnum extern
occasionis momentum est, quo remoto syphilis len
facta est. Attamen Heinius ipse concedit, ut haec se
tentia hypothesis tantum sit et, quamquam ingenu
est, tamen usque ad hunc diem omni confirmatio
argumentis munita earet. Quaenam igitur causa syp
lis gravitatis sub finem seculi decimi quinti fuerit, utr
ejus consociatio cum gangraena nosocomiali aut c
malleo humido et farciminoso, an vis quaedam epi
mica vel endemica aut conditiones sociales causae f
rint, nondnm dijudicari potest.

Viri demum recentissimi temporis, maximis p
gressibus in anatomia pathologica et observationi
experimentisque diligenter factis, quaestiones acurat
simas microscopicas instituerunt et hoc modo iis co
tigit, ut hanc doetrinam per tam longum tempus
scuram ex ignorantiae tenebris ad lucem perducer
et sapientbus remediis adhibitis hanc luem olim h
minibus tam perniciosam magnopere deminuerent
frangerent.

Anatomia pathologica.

Cerebri substantia magis excellit magna firmitate ıam singulari compaginis mutatione. Dura mater, eriostum ossiumque cutis externa cranii densata sunt. aud raro hyperaemia quoque arachnoideae piaeque ıatris invenitur et dura mater cum cerebri membranis ıollibus cerebroque ipso confunditur. Majores mino- esque cerebri arteriae saepe instar atheromatis dege- eratae inveniuntur, quae per se haemorrhagiam, al- um astrictam itaque atrophiam partis cerebri adja- entis adduxerunt.

Omnium formationum syphiliticarum novarum ravissima est gumma, quod non e formatione nova enues cellas habente velut tuberculum, sed e novellis lementis compagini cellarum similibus constat et hanc b rem, Virchowio auctore, sarcomati se adjungit. ummata autem solida, compacta, vasis nudata, hel- ina sunt et e compagine satis densa et elastica con- tant, in qua inter massam interjectam et tenuiter ranosam multitudo quaedam corporum subrotundorum ıvenitur, quae haud dubie neque cellae neque colla- um grana sunt neque raro primas lineas irregulares raebent. In eorum parte interiore mollicula et tenuia rana sunt, quae vix 1200 millim. diam. superant. Iaec autem gummata syphilitica inde a matre dura aepe excoluntur et inde in ceteras cerebri cutes pro- edunt. Raro vero gummatum formatio superficie ex- erna durae matris et cranii ossium se continet. Nam enetrant quoque usque in cerebri substantiam et xcitant rationes leviter diffusas inflammabiles, sicut achymeningitis interna et profundius serpens encepha- itis sunt. Praeterea gummata in cerebro ipso for- nata inventa sunt ab ill. Leberto et Virchowio, quo este ependyma vegetationibus suspiciosis tectum, Faurês, gaz. med. de Toulouse 1853) mutationes ner- vorum cerebri syphiliticae, degeneratio pinguis neuro- gliae apud infantes syphili hereditaria affectos, foci nollientes in cerebro et usque ad hunc diem specta- ione hemisphaerium cerebri sinistrum aut dextrum nollitum, cerebellum in sinistro et dextro corpore striato, thalamus opticus, corpus callosum et fornix in

utroque cerebri crure, in dextro crure, et ponte V roli, abscessus et sclerosata cerebri ex affectionil cranii et meningis orta inventa sunt.

Symptomatologia.

Nervorum symptomata plerumque symptoma posteriora corporis in universum aegroscentis v syphilitico apparent. Prodromata cerebri affecti pra cipue vehemens et noctu exacerbescens cerebri dol et vertigo et oculorum turbatio constituta sunt. Pra ter aciei oculorum debilitationem saepissime aut a symptomata cerebri aut in iis iritis observata est n que tamen auderi potest, quin iritis affectio praenun statuatur. Complexus vero symptomatum varius e prout prodromata adsunt aut desunt. Interdum pr droma primum repentinus impetus animi alienati e qui unam aut plures horas durat; postea vero aegr tus, quodam torpore et languore exceptis, brevius a longius tempus bene valere potest. Deinde fortass impetus repetuntur aut perturbationes sensuum pec liares aut torpores apparent. Saepius vero impet vertigine se continet, quae, si impetus repetiti int cesserint, cum torporibus conjuncta apparet. Al etiam ratio, qua cerebri malum inexspectatum cogn scitur, est, quum subito torpores apparent. Aegrot enim exempli causa dimidia parte debilitatus expe giscitur, quamquam integer cubitum iisse videbatu Sed fere fit, ut interea turbationes nervosae lente e colantur. Aegrotus, postquam per longius temp vertiginem, languorem, melancholiam syphiliticam, d lores nocturnos passus est et his in rebus palluit languit, formicarum reptatu, algore, languore unius v plurium membrorum corripitur et denique debilitatu Interdum etiam turbationes nervosae initio natura manifeste intermittentem habent, quae per tempor spatium aliquod interjectum plane iis caret; poste demum turbationes fiunt continuae. Torpores aute ad postremum prodeunt e cerebri malo syphilitic neque quidquam interest, utrum nervorum commotiu culae celeriter an lente excultae sint.

Hemiplegia frequentissima est, rarior paraplegia. esica urinaria et intestinum plerumque earum rerum articipia sunt. Raro tantum torpor singulari membro at altero faciei dimidio se continet. Interdum etiam orpor non integer est, sed anaesthesia eodemque temore interdum hyperaesthesia, quae quidem rarior sed ravissima esse potest. Contractura extremitatis paraticae exculta est aliquoties in speciebus adhuc littes notis. Animi quoque dissolutio haud raro oritur, uae autem plerumque magnum modum non adipiscir, sed fere semper ex utilitate neglecta, dormiendi more, laboris taedio cognoscitur. Sed accidit quoue, ut aegrotus plane stupidus fiat. Faciei nervi raecipue ocularium musculorum et palpebrarum in yphili valde ad torporem inclinare videntur. Praeerea memoratu dignum est, ptosim et torporem sinulorum musculorum ocularium adesse et praeterire osse, aliis indiciis cerebri mali non excultis. Symptoata igitur nervorum e mutatione syphilitica compainum vicinarum prodeuntia plerumque symptomata ressionis sunt et sequuntur nervorum fines, qui preuntur. Congestiones fere nunquam antecedunt sed iu latentes evanescunt et perse pressione aut incitaione affectionum inflammabilium mortem adducere ossunt.

Aetiologia.

Quale sit virus syphiliticum et quam rationem abeat ad hominis organismum demonstrabitur.

Virus syphiliticum in corpus receptum certa quaam aetate non finitur, quamquam haud dubie juveilis et media vitae aetas saepissime contagio vexatur. Sed jam foetum in utero, parvulum lactentem aeque c senem virus syphiliticum attingit. Sigmundus quatuor affert exempla syphilis ossium et cartilagonum, ujus origo ad procreationem tantum a parentibus syhiliticis factam reduci potest. Itemque Balfour, Luszinsky, Mandon, Doyon, Eichmannus, ill. Lebert, Sionius, de Baerensprung sentiunt, luem veneream esse ereditariam, si parentes vel eorum alter conceptionis empore syphili secundaria affecti sint, quae jam inter rimos menses erumpat. Cullerier vero false dicit,

syphilin a matre tantum ad infantem transire. Fa quoque Diday sentit contendens, a marito syphilit qui cum gravida concumbat, per se in foetum syph transfundi itemque lacte parvulo lactenti eam in posse. Multis vero experimentis observationibusqu Boeckio, Wallero, Sigmundo, ill. Leberto, Vienn factis, inventum est, syphili vaccinatione transla esse, cujus rei exempla prima usque ad tempus marum insitionum variolarum pertinent. (Meseley 18 Monteggio 1814, Marcolini 1824.) Syphili secun riam contagiosam esse, in Germania primus Walle dixit eumque Wallace, Vidalius, Sigmundus, Johns Sucharek, Gibertus secuti sunt, qui eam sententi experimentis factis exemplisque allatis demonstraveru De Baerensprung vero, Cullerier, de Meric cum cordii disciplina sentiebant, quae syphili secundari contagiosam esse negabat, syphili vero hereditari contagiosam sed syphilis primariae quandam speci esse probabat. Sed, utut res se habent, nunc concesso et probato haberi potest illa Walleri sent tia, ex qua symptomata syphilis secundaria contagi sunt imprimisque „plaques museuses."

Praedispositio autem contagii non ex infirmit aut robore corporis pendere videtur, propterea qu contagium corpora infirma non tungit, robusta v vehementer eo inficiuntur. Sed haud dubie animi petus in coitu, sordes, vita dissoluta et praecipue tandi aviditas contagium adjuvant. In locis calidi bus syphilis in universum lenior est, praecipue qu attinet ad indigenas, quamquam etiam saepe gravissi esse potest. Nervi morbo affecti affectionis conse tivae syphilis sunt. Quae ubi eodem tempore post ulcus ipsum apparent, agitur simplex congruen affectionum. Sed fere semper tum demum appare quum syphilis varia stadia percurrit. Longissim tempus latere potest, Ricordio teste fere quadragi annos. Cerebri syphilis adjuvatur mentis conturbatio curis domesticis maerore amatorio, intemperantia coitu propter congestiones in nervovum system centrali coitu effectas. Repentina quoque temperat nis mutatio, longum molestumque iter, contusion sanguinis et succi jacturae, quae corporis infirn tatem adducunt, causae occasionis haberi possu

rbationes nervosae in omnibus syphilis secundariae riodis excoli possunt et plerumuqe e mutationibus rporeis nervorum systematis pendent. Illa vero urosata syphilitica, quae sine mutatione anatoca significanda constant, neurosata diathesis hari possunt. Intelligentiae neurosata propius accent ad monomaniam (syphilophobiam). Syphiliticae uralgiae creberrimae varietates sunt trigemini, gaslgia, ichias, quae plerumque se manifestant sub em periodi secundariae; quum vero post eam appaat, tum fere semper mutationem organicam significnt. Anaesthesia significatio separata nervosa diathe-s syphiliticae apparere non videtur et torpor apparatuum sensuum rarissime tantum apparet sine ulla rbatione anatomica, quae demonstrari potest. Conlsiones universae epilepsiam simulantes repetuntur ipetibus, e vertegine prodeuntibus. Congestiones iiversaee ecclampsiam simulantes rarae apparent apud fantes syphili congenitali affectos; quod vero attinet l tetanum vel syphiliticam catalepsiam argumenta sunt.

Paralysis generalis, cujus aetiologia nondum satis ognita est, saepe cum atrophia conjuncta apparet; rpores singularum partium fere semper paraplegiae l paralysis uno membro aut nervorum trunco sinilari se continens. Nervorum mala sine dissolutione l chlorosim syphiliticam pertinere videntur. In periodo ichexiae, syphilis ultima, tales affectiones rarae sunt, guntur potius dissolutiones. Mutationes corporeae, uas syphilis in nervorum systemate efficit, aut simlices circulationis turbationes aut inflammationes et utationes solventes (meningitis encephalitis, retinitis) ut formationes plasticae in mediis compaginibus sunt, uae pressione efficaces sunt. Indunationes, gummata, xsudata in occuli membranis). Res inflammatoriae solventes plerumque sedem habent in iis partibus entrorum nervorum, quae vasis uberiores sunt. Cebri haemorrhagia syphilitica, quae a nonnullis autobus probatur, nondum argumentis firmata est; forasse commutationes cum affectibus inflammatoriis solentibusque intercedunt.

Diagnosis.

Ut facile vera morbi syphilitici natura nervo systematis cognosci potest, si aegrotus jam prius tus et curatus erat, ita difficile est vel etiam n pacto fieri potest, si omnis anamnesis deest aut quod saepe fit, ab aegroto falsa indicia afferun morbum systematis nervorum syphiliticum recte noscere eumque ab aliis simillimis morbis disecern Maximi in hoc morbo cognoscendo momenti sunt mores glandularum lymphaticarum, qui in syphili cundaria semper apparent et semel exculti nunq plane evanescunt, sed per totam vitam syphilis i cia manent. Glandulae cubitales ad interiorem hu planitiem sitae, super condylum Internum rationis c dyloideae, porro glandulae inter flexores et extens in fovea axillari, in regione occipitali ad posterio marginem musc. sternocleidomastoidei et in regi cervicali itemque glandulae super musc. masset er infra arcum zygomaticum in musculo genioglosso gentissime cognoscendae sunt. Animadvertendum q que est, tales tumores in partibus membrorum ex mis non inveniri. Praeterea magni est momenti, q hic glandularum tumor, inflammationibus acutis apparentibus, apparet et abit initio morbi — ind contagio — intra primas sex vel octo heb domades veniri potest. Irritationes non syphiliticae nunqu glandularum tumorem tam late diffusum efficiunt, carcinomate quidem glandulae lymph. proxime cum c pagine correpta conjunctae et paulatim vicinae quo morbo corripiuntur, sed nunquam glandulae long remotae in continuo ordine tumescunt. Tubercul et scrophulosis itemque malleus humidus chronic quod attinet ad glandulas, syphili fere simillima s Diligens cognitio loci primum morbo correpti, appa tus glandularum proxime adjacentis, tum omnium gl dularum lymph. et conjunctio horum rerum cum st alio organorum et systematum in singulis specie cognitioni, re vera saepe difficiti, subvenient, Pr tereu in tuberc. scroph. et anaemia latiores amplio duriores simulque longius durantes tumores gland rum lymph. apparent, quum aegroti talibus mo

ecti, syphilitici fiunt. In mercurialismo quoque tu-
res glandularum lymph. in collo proveniunt, qui
:em e stomatitide angina prodeunt. Inter neurosata
tem syphilitica et ea, quae originem mercurialem ha-
nt, hoc maxime interest, quod in mercurialismo neu-
satibus nota magis congrua erethismi et tremoris im-
essa est. Inter prodromata nervosa luis venereae et
rcurialismi dolores rheumatici sibi similes sunt prop-
ea quod lecti calore augentur, quam ob rem huic
nihil est tribuendum. In syphili vero vertigo in-
sionis symptoma rara est, in mercurialismo autem
aematura, crebra, vehemens.
Vehemens pertubatio et terror aegroti mercurialis,
aecordii angustiae, musculorum tremor in affectibus
parens celeriterque auctus, vocis defectio, quae res
n sub initium mercurialismi incipiunt, in syphili rara
ntum magisque fortuita sunt. Mercurius porro neque
flammationes ossium cranii et vertebrarum neque
cera in iis aut in dura matre profert. Torpores
rvi oculomotorii, abducentis, facialis, qui in syphili
lative frequentes sunt, desunt in aegrotis mercuria-
us; id quod maximi est momenti, quod attinet ad
agnosim. Itemque deest torpor vesicae urinariae.
iis speciebus, ubi paralysis syphilitica pressione
ut inflammatione oritur, musculi contrahendi faculta-
m electricam amittunt, id quod in torporibus mer-
urialibus nondum observatum est. Epilepsia chro-
ca e syphili orta inter omnes convulsiones frequen-
ssima est; e mercurialismo autem praeter tremorem
oreae similes convulsiones prodeunt. In stadio con-
mato syphilis multis modis mutatur, dum mercuria-
smus per annos eandem retinet naturam. Cranii
ala in apoplexiae formis apparentia aegrotorum sy-
hiliticorum plerumque foci encephalitici sunt neque
x exostosatibus syphiliticis interioris cranii superfi-
ei pendent. Talis encephalitis acutissima, quae ut
is quaedam hemiplegiae conscientia amissa existit,
nte annum quadragesimum quintum tantum et qui-
em raro apparet, multo magis enim provectioris aeta-
s est. In aegrotis vero syphiliticis interdum jam in-
r vicesimum et trigesimum aetatis annum apparet.
– Gjör triginta affert paralysium species, quae e sy-
hili nervorum systematis ortae erant et ubi quater

decies paralysis ante annum trigesimum quintum paruit, undecies inter annum trigesimum quintum quadragesimum et semel tantum post annum quadragesimum quintum. De Graefe unam observavit paralysis syphiliticae speciem in infante duos annos (Archiv f. Ophthalmologie Bd. I.) In triginta cranii morbo syphilitico affectis Engelstedt*) inv aetatis rationes has: Octies decies paralysis appa inter annum vicesimum secundum et trigesimum q tum; undecies inter annum trigesimum et semel tum post annum quadragesimum quintum. Ubi e phalitis e formationibus novis syphiliticis oritur, sy tomata saepius quoque acuta sunt sequunturque plexiae impetus, sed fere semper longius gravius malum in loco aliquo capitis fixo antecessit. Sae sine etiam encephalitis malum sensim apparens perhebdomades vel etiam menses productum abit tum difficillime tantum discerni potest a nonnullis cis inflammatoriis in interiore cranii superficie, cum puris collectionibus capsula circumdatis cir ossium locas cariosos vel necroticos conjuncti s Quibus ossium malis, quum acutius abeunt fere s per dolores multo graviores, interdum intolerabi fixi noctuque exacerbescentes adhaerent comites. Q autem attinet ad locum dictum externam senti p sionem; praeterea tumores quoque periostici in externis capitis locis inveniuntur. Quum vero i ex ossium inflammatione exeuntes rationes in basi dem habent, tumores in basi cranii apparere possu Hemiplegia in talibus ossium malis raro tam vehem et perfecta est quam mala e foci morbis in cere substantia orta iique morbi, cranii ossium et cere membranorum id quod re vera maximi est momenti sa maximis mutationibus subjecti sunt saepissimeque symptomatibus gravissimis continua hydrargyri jodi curatione celeriter et in longum tempus convalesc possunt. Conditiones epilepticae e causa syphilit ortae haud rarae, sed difficile dijudicandae sunt. Ex tere autem possunt sine causis manifestis aut in 1

---

*) Engelstedt: Konstitutionel syphilis. Cliniske Undersoe ser Kjoebenhaon. C. A.

